



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

leiunium I. in se, & quoad obligationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

res libros Ethnicorum, negligunt monere discipulos suos falsitatem Deorum gentilium, eorumque superstitionum, maximè aduertentes, vel aduertere debentes, quòd pœri illam incipiunt credere, nisi moneantur: nam tunc videntur consentire illorum errori. Ibidem.

De iurante per Idola, aut de eo qui est causa huiusmodi iuramenti, vide tit. Iuramentum.

IEIUNIUM I.

In se, & quoad obligationem.

IEIUNIUM obligat ex traditione Ecclesie, quamuis de illo non extet præceptum posituum. c. 21. num. 111.

Vnde ieiunium Quadragesimæ non est de iure diuino, sed humano. n. 12.

Peccat mortaliter, qui die ieiunij præcepti ab Ecclesia, à media nocte vsque ad mediam noctem comedit plusquam semel. 11.

Qui omittit ieiunium die, quo occurrunt duo præcepta ieiunij, duplex peccatum committit. cap. 11. n. 4.

Non frangit ieiunium, qui vititur collatione etiam ad sustentandam naturam, etiam si non bibatur. Collatio verò, ne potus nocet, Aa 5 ceat,

ceat, etiam nulla stante consuetudine posset fieri. cap. 21. num. 14.

Non licet manè vti collatione, & prandium differre in vesperum, nisi adsit iusta causa. Ibidem.

Videtur frangere ieiunium, qui surgit à mensa animo amplius non comedendi, & postea redit ad eam, & comedit: siquidem vnica comestio est de essentia ieiunij. n. 15.

Frangit etiam ieiunium, qui collatione notabiliter immoderatè vtitur, quod frequenter fieri solet in vigilia Natiuitatis Domini. Ibidem.

Non frangit ieiunium, qui sumit aliquid causa prægustandi cibos, etiam si sint carnes; vel causa medicinæ, vel vt officio debito suis dominis inserviat, vel vt inter comedendum legat. num. 14.

In die ieiunij sola secunda comestio frangit ieiunium, & est peccatum, non vltior. At verò qui comedit cibos vetitos, peccat toties quoties. num. 15.

Qui non ieiunat die ab Ecclesia statuto, non tenetur pro illo ieiunare alio die. num. 27. & cap. 12. num. 54.

Qui non potest ieiunare integram quadragesimam, tenetur quos potest dies. cap. 21. num. 20.

De causa iusta excusante: vide tit. seq. A.
Causa

Causa excusans ab integro ieiunio, non videtur excusare ab omni parte. nu. 22.

Circa ieiunia generalia solus Papa dispē-
sat absolute: singulariter tamen cum hoc
vel illo Episcopus potest, & eo absente Pa-
rochus. Et Prælatus etiam cum suis religio-
sis. num. 21.

Dispensatus, vt ante horam debitam pran-
deat, non videtur à ieiunio liberatus. nu. 22.

Non excusatur quis ab obligatione ieu-
nij propter eleemosynam quam dat. n. 22.

Peccat mort. inuitans ad cœnam, quem
scit obligari ad ieiunium, & credit ob in-
uitationem fracturum ieiunium, quod aliàs
seruaret. Secus si sit paratus ad cœnandum.
num. 24.

IEIUNIUM II.

Quoad personas.

OMNIS iusta causa excusans à ieiunio A
reducitur ad impotentiam, necessita-
tem, & maius bonum.

Impotentia excusat pueros vsque ad vi-
gesimum primum ætatis annum: possunt ta-
men ob vrgentem necessitatem ad id com-
pelli. Item excusat senes sexagenarios se-
cundùm